



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus III. De Dominicis, ac Ferijs post Octavam Epiphaniæ usque ad
Dominicam Septuagesimæ generatim.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

octavam Epiphaniæ) in Sabbatis, de quibus in Titulo, dicuntur Antiphonæ & Psalmi Feriales, uti in Vesperis Sabbati notantur in Psalterio; at verò Capitulum, & reliqua omnia dicuntur de Dominica, & quidem usque ad Septuagesimam, ut ibidem, excepta Oratione, quam singulis Dominicis propriam assignat Breviarium in PROPRIO DE TEMPORE: post eam, cum Commemoratione Festi simplicis (si quod cras

occurrat) sunt Commemorationes consuetae, ut in eodem Psalterio, non tamen illa, quæ est de S. Cruce; quia Officium à Capitulo non amplius est *Feriale*, sed *Dominicale*, seu 9. Lectionum: ad Completorium tamen dicuntur preces, & reliqua, ut ibi, exceptis Dominicis infra octavas occurrentibus, in quibus preces illæ non dicuntur, uti nec suffragia, seu Commemorationes communes.

TITULUS III.

De Dominicis, ac Ferijs post Octavam Epiphaniæ usque ad Dominicam Septuagesimæ generatim.

DOMINICÆ post Epiphaniam usque ad Septuagesimam possunt esse vel ad summum *Sex*, vel ad minimum *una*; quò enim propior Epiphaniæ, vel ab ea remotior est SEPTUAGESIMA (quæ quidem major aut minor distantia à Pascharis mobilitate pendet) eò plures, vel pauciores sunt Dominicæ infra hoc tempus: positum ea propter est in Breviario Romano officium 6. Dominicarum post Epiphaniam: Quòd si *alicui*, vel *aliquibus* illarum post Epiphaniam celebrandis locus ordinarius non sit, tunc vel celebrantur Sabbato Septuagesimam præcedenti, vel transfe-

runtur post Dominicam 23. post Pentecosten, uti in Rubricatum Generalibus Tit. 4. à n. 3. tum specialibus Brev. Rom. (nempe Dominica infra octavam Epiphaniæ, nec non ante Dominicam 1. post Epiph. & denique post Dominicam 23. post Pentec.) atque etiam à me, suis Locis annotatur.

Ad *Feriale Officium* istius temporis quod attinet, quando post octavam Epiphaniæ usque ad Septuagesimam occurrit fieri de *Feria*, officium fit ut in Psalterio, exceptis *ijs*, quæ sunt propria: Oratio verò dicitur de Dominica præcedente, & post eam Commemorationibus communi

munibus, seu suffragijs communi-
bus Sanctorum, in fine Laudum ac
Vesperarum præponitur Commemo-
ratio de Cruce, posita ad finem Lau-
dum feriae II. quæ Commemoratio
de Cruce fit etiam in feriali officio
tunc, quando Preces feriales non di-
cuntur.

Resumitur quoque tunc *Missa*
Dominica præcedentis, attamen sine
Gl. & Cr. Orat. 2. usque ad Purifica-
tionem: *DEUS, qui salutis aterne*
&c. nisi ratione *Mensis*, aut *Feriae*
2. dicendum sit *Fidelium* (tunc enim
hoc dicitur 2. dō seu penultimō locō,
3. tō autem *DEUS qui salutis &c.*)
3. tō *Ecclesie tue*, &c. vel *DEUS om-*
nium Fidelium &c. pro Papa: Post
Purificationem verò Oratio 2. est à
cunctis. 3. ad libit. nisi rursus ratio-
ne *Mensis* aut *Feriae 2. dā* dicenda sit
locō 2. Oratio *Fidelium* & 3. à *Cunctis*.
In fine Missæ: *Benedicamus &c.* Col.
Virid.

Porro in prædictis Ferijs inde fit
de Feria, ubi desinit Officium præ-
cedentis Diei, ità, ut, si præcedente

Die fuerit *Duplex*, vel *Semiduplex*,
Officium Feriæ incipiat sequenti Die
à Marutino; si autem præcedenti Die
fuerit *Festum Simplex*, de Feria fiat
à Vesperis illius præcedentis Diei in-
clusivè: terminatur verò Officium de
Feria, subsequente post eam *duplici*
vel *semiduplici*, ad *NONAM*; subse-
quente verò Festo simplici, de quo
fieri debeat cras Officium, ad Capi-
tulum Vesperarum; quia inde fit de
de Festo simplici, absque ulla deinceps
Commemoratione Feriæ, si quod
sequatur; si nullum sequatur Fe-
stum, nec cras faciendum sit de *B.*
Maria in Sabb. habet Feria currens
suas quoque Vesperas, ut in Psalterio.

Ad MATUTINUM Officij Ferialis
unum tantum dicitur *Nocturnum*,
cum 12. *Psalmis*, secundum ordinem
Ferialium in Psalterio, & cum 3.
Lectioibus, ac totidem *Responsoijs*,
uti in *PROPRIO* de Tempore, & infra
in *Tit. de Ferijs*. Quando autem, &
quomodo dicendum sit Officium de
S. Maria in Sabbato, dictum est supra
Tit. præced.

TITULUS IV.

De Dominica II. post Epiphaniam.

DE DOMINICA II. post *Epipha-*
niam semper fit Officium
ante *Septuagesimam*, & hoc
(ut *Gav. observat*) ex du-
plici causa. *Primo*, ut ordine histo-

rico servato de Vita Christi legatur
post ejusdem Baptismum primum
Miraculum in Cana Galilææ factū,
antequam quidquam aliud in se-
quentibus Dominicis de eo narretur,